



Disputatio juridica ad l. 2. Cod. leg. Cornel. de sicariis

<https://hdl.handle.net/1874/341643>

DISPUTATIO JURIDICA

Adl. 2. Cod. leg. Cornel.

D E

S I C A R I I S

P R I M A.

Q U A M

F. D. O. M.

S u b P R A E S I D I O

Viri Clarissimi.

D. PAULI VOET, Juris in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris ordinarii.

Publicè ventilandam proponit,

WILHELMUS SCHUYLL, Ultrajectinus.

Addiem 2. Maji, horâ locoque solitis.



U L T R A J E C T I,
Ex Officinâ Johannis à Waesberge,
ANNO CLX LX LV.

Nobilissimis Dominis ,

D. WYNANDO SCHUYL, Paren-
ti æternum colendo.

D. PETRO SCHUYL, Consiliario
ac bonorum apud Sylvæ-Ducenses bene-
ficialium Quæstori generali , & Senatus
ibidem Expressi.

D. ARNOLDO SCHUYL, To-
parchæ in Walhorn , Hautain La Val ,
Plancinot &c.

Patruis summo honore prosequendis.

Juridicas hasce primitias

Submisse offero & inscribo

GUILIELMUS SCHUYL,
Respond.

D I S P U T A T I O J U R I D I C A ,
Ad l. 2. Cod. leg. Cornel.

D E

S I C A R I I S

P R I M A .

T H E S I S I .

Constitutio Gordiani Imperatoris in d. l.
2. agit in genere de eo, qui salutem suam
defendit; idque adhibito moderamine
inculpatae tutela. In specie, & secundum
partes hæc continet sequentia: Quis se
lícite tueri dicatur? Adversus quem illi
legibus sit concessum, se tueri? Quo in
casu, id est, quâ occasione, & quibus positis circumstantiis?
Et denique quid justæ defensionis consequens.

II.

Antequam singulæ legis partes expendantur, natura de-
fensionis propriæ salutis ab origine erit examinanda. Ubi
occurrit illa difficultas, cui juri sit adscribenda defensio sui?
An juri nature, An verò juri gentium? Respondeo, pro-
babilis illa sententia, quæ juri nature eam annumerat. Et
quia illud jus defensionem sui suadet, quod nobis est cum
hæc commune: quale est jus naturale, ut juri gentium
contradistinguitur. *In iure in præst. jur. nat. gent. civil. l. 1. §. 11. D.*
Si quadrupes pauper fec. dic. Et quia passim in jure ratio natu-
ralis, ipsa natura, permettere dicitur, ut quis adversus o-
mne periculum semet tueatur. *l. 4. in princ. D. ad h. Aquil. l.*
1. §. 27. D. vi. & de vi armat. Donell. 1. comm. cap. 7.

III.

Neque hic distinguo inter violentiæ propulsionem, at-
que adversus injurias alicui illatas defensionem. Quasi illa,

aliqui volunt, juri nature, hæc gentium sit adscribenda: Illa
nobis cum brutis sit communis, in quæ propriè injuria non
cadat. *Init. instit. Si quadr. paup. fec. dic.* Hæc, non item, quod
leges solis latæ sint hominibus. *d. Init. Inst.* Et quia in jure
Romano, licet significatu laxiori, jus & injuria ad ani-
mantia bruta refertur. *init. Inst. jur. nat. Gent. civ. l. 5. §. 1.*
*D. Ad leg. Aquil. l. 1. §. 8. & 11. D. Si quadrup. paup. fec. di-
cat.* Et quia non distinguit Jurisconsultus in *l. 3. de just. &
jur. Inter vim & injuriam, propulsionem & defensionem.*
Sic ut nostrum non sit præter legum auctoritatem, quam
novam distinctionem fabricare. *Donell. I. comm. cap. 7. Be-
sold. ad l. 3. D. just. & jur. Dissentit Bartol. ad l. 3. D. just. &
jur. Conn. I. comm. 6. n. 8. Johann. Coras. in comment. ad d. l. 3.
n. 3. 4. 5. Lyclam. 7. Membr. Ecl. 42. Pacius Antinom. cent. 1.
quest. 1. Hanon. disp. I. inst. §. 11.*

IV.

Neque etiam aliud quid statuendum censeo de modera-
tione inculpatæ tutelæ, ut quæ nihil aliud est, quam injuriæ
atque violentiæ propulsione non illicita. Licet enim mode-
rationem adhiberi, nobis cum brutis commune non sit, id
tamen juri naturæ, quoad originem acceptum est ferendum.
Ratio est, quia in *d. l. 3.* etiam de inculpatæ tutelæ modera-
tione agitur; cum quod illicite sit, jure factum censeri non
possit. *l. 5. Cod. legib.* Adeo ut incongruenter dictæ legi *3. sta-
tuatur, inculpatæ tutelæ moderamen esse juris civilis, etiam
quoad originem.* *Connan. I. comm. jur. civil. cap. 6. n. 8. Diff.
Berlich. Pract. concl. part. 4. concl. 13. n. 2. Boerius tract. de du-
ell. cap. 10. Hanon. disp. Instit. I. thes. II.*

V.

Non tamen improbabiliter statui posset, injuriæ propul-
sionem non tantum esse de jure naturali, sed & gentium,
sed & civili, licet non origine. Est de jure naturali, in quan-
tum origo ejus instinctui nature, rectæ rationi attribuitur.
Et idem quod est de jure naturali, in quantum apud omnes
gentes peræque custoditur; in quantum in civitatem rece-
ptum

ptum est, juri gentium ac civili congruum est. s. i. 2. *Instit.*
jur. nat. gent. & civil. l. 9. D. *just.* & *jur.* l. 45. §. 4. D. *Ad leg.*
Aquil. Cujac. 5. *Observ.* cap. 18. *Besold.* ad l. 3. *de just.* & *jur.*
vel non inargute cum Bartolo dici posset; in hominibus est
de jure gentium, in animalibus de jure naturæ. *in d.* l. 3. D.
just. & *jur.* *Besold.* *ad lib.* *jur.* ex 1. D. *libr.* c. 8.

VI.

Itaque cum omni juri conveniat sui defensio, injurię pro-
pulsatio, eum non tantum in Cæsaris, sed & conscientiæ fo-
ro tutum fore, qui vim atque injuriam propulsat, dubitan-
dum non est. l. 3. *de just.* & *jur.* l. 45. §. 4. D. *Ad l.* *Aqnil.* l. 3.
Cod. *Ad l.* *Corn.* *de Sicar.* Et quia eadem quæ juri civili per-
missa circa propriæ salutis defensionem, etiam de jure di-
vino permissa leguntur. *Exod.* 21. *vers.* 13. & *cap.* 22. *vers.* 2.
Et quia quando publica authoritas implorari non potest,
privatus quivis, tam nutu Dei, quam omnium consensu, ju-
stitiæ publicæ constituitur minister. Et quia quæ juris sunt
naturæ cuius declaratio est decalogus, non possunt non
esse in foro conscientię licita ac permissa. Sic tamen ut ad-
vertendum sit, quo quisquam sit animo, quo affectu. *Martyr.* *comm.* *in Iudic.* *cap.* 9. *idem in loc. comm.*, *class.* 2. *cap.* 9.
Daneus Eth. *Christian.* *lib.* 2. *cap.* 13. *ad sext.* *Præc.* *Ames.*
cas. consc. *lib.* 5. *cap.* 31. *Clarus,* 6. *Homicidium,* *quest.* 5. 3. *Vaf-*
quæz *illust.* *quest.* *lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 11. *Besold.* *ad l.* 3. *just.* & *jur.*
Anton. *Math.* *disput.* 1. *de Iudic.* n. 31. 32. *Bull.* *disp.* *trib.* *gen.* *jur.*
Præcept. n. 12. *Dissentit Iason* *ad l.* 3. *just.* & *jur.* *ante illum*
Phocil. *in Poem.* *Admonit.* Aliisque plures,

VII.

Quod in tantum procedit, ut si cum quispiam semet ad-
versus vim atque injuriam tueri possit, id non fecerit, adeo-
que occidi se patiatur, in divinum præceptum, de non occi-
dendo, etiam in leges civiles impingat. Et quia lex seu di-
vina, seu civilis, non tantum permittit, ut quis semet adversus
omnem vim atque injuriam tueatur, sed etiam jubet l. 3. D.
just. & *jur.* Et quia omnium hominum est obedire legi de-

non occidendo, nulla adhibita exceptione, ubi lex non excepit nov. 18. c. 5. Et quia si per leges proximum occidere non licet, multo minus semetipsum, licebit; ut qui sibi proximus, ex d. l. 3. cum tamen quo casu non avertit damnum, si possit, ipse damni autor sit dicendus. l. 50. D. Reg. jur. l. 109. D. eod. l. 4. D. Nox. Action. Et non avertendo a semetipso malum cum possit, pro faciente habeatur, saltem interpretative. Can. non in inferenda 23. qu. 3. Et quia nulla lex cuiusque corpus, & vitam suo ipsius subjicit arbitrio, sic ut quamdiu semet tueri potest, id ex officio teneatur. Ephes. cap. 5. vers. 29. l. 13. D. Adl. Aquil. Argum. §. ult. Instit. de his qui sui vel alieni jur. sunt. Castrens. in l. 3. D. just. & jur. num. 9. Berlich. Conclus. Pratt. part. 4. concl. 12. n. 13. Ames. loc. cit. Reusner. Symbol. Imper. 51.

VIII.

Quod jus de proprietate salutis defensione in tantum firmum manet, ut nec a Principe, licet ab soluto, alicui auferri possit. Et quia contra jus naturale nihil recte disponit Princeps, ut quod ejus arbitrio subditum non est. l. 3. D. just. & jur. Argum. §. 2. vers. Ergo Senatus Instit. V. susr. §. pen. Inst. jur. nat. Gent. civ. Et quia non obstante Principis dispositione in nullo non peccasse dicendus, qui non paruit. l. 3. Cod. Adl. Corn. de Sicar. Praetertim cum Princeps servari nolit, quod contra juris communis rationem ipse statuerit. l. 6. Cod. Si contra jus vel util. Publ. Vasquez. illustr. quest. lib. I. cap. 18. in init. Arumans Discurs. Publ. jur. 18. Gilhans. Arbor. judic. crim. cap. 2. tit. Homic. 12. n. 13.

IX.

Defensionem esse de omni jure ostendi, quantum satis est. Ad contentum propositæ legis progredior, cuius prior pars erat; Quis le licite tueri dicatur? Et cui violentia propulsatio sit permissa? Respondeo omnibus permissa est animalibus, si abusive loquamur. Arg. l. I. §. II. D. Si quadr. Paup. fec. dicat. init. Inst. jur. nat. Gent. & civil. Si propriæ, quia jus tantum cedit in homines, omnibus hominibus indi-

indistincte competit : nullo status aut conditionis habito
discrimine. Idque suadet ratio : est enim defensio juris na-
turæ, quod omnibus hominibus est commune: adeoque in
quo omnes sunt pares; sic ut hominem homini insidiari pro-
pter naturalem cognationem nefas sit. *Init. Inst. jur. nat.*
Gent. Civil. init. Inst. de libertin. l. 9. D. de Just. & Iur. l. 3. eod.
Etiam id suadet generalitas l. 2. *Cod. Ad l. Corn. de Sicar. junct. l. 3. Cod. cod. l. 3. D. just. & jur.* Quæ leges cum neminem
excipiant, neque quempiam excipere nobis licebit. Erube-
scimus enim sine lege loqui. *Novell. 18. cap. 5. Gail. 2. Observ.*
110. n. 12.

X.

In specie queritur an Ecclesiasticæ personæ, moderamen
inculpatae tutelæ rectè adhibeant? Respondeo nec illis id de-
negari posse. Homines enim sunt, communi naturæ neces-
sitati obstricti; ut æquum sit eosdem communi naturæ be-
neficio gaudere. Et quod leges cuivis concedunt, & illis
concessum censembitur, qui lab legum generalitate compre-
henduntur. *d.l. 2. Cod. d.l. 9. Just. & jur. Clem. unio. de Homicid.*
Quid quod ipsis Apostolis hoc jus non fuerit denegatum,
quorum etiam gladios secum portasse, non obscure nonnul-
los sacris litteris proditum est. Quid quod nec Christo, ho-
mini; per rationem, quod moderata defensio etiam de jure
divino sit licita, adeoque sine peccato. *Bajard. in add. in Clar.*
§. Homicid. n. 76. Gail. loc. citat. n. 1 2. Besold. in comm. ad l. 3.
D. just. & jur.

XI.

An etiam servi? idem dicendum per generalia verba in
d.l. 2. 3. Cod. Ad l. Corn. de Sicar. junct. l. 3. D. just. & jur. Ac-
cedit, quod latitatis propriæ defensio sit juris naturæ, & qui-
dem ejus, quod nobis est cum brutis commune. *l. 1. §. 11. D.*
Si quadr. Pauper. feciss. dicatur. Sic ut ea servis, (qui ad mini-
mum in hoc ipso quadrupedibus erant pares, si non præfe-
rendi,) non sit deneganda. *init. Inst. Ad l. Aquil.* Cum-
que quis ex l. Cornelii tam de occiso servo teneatur, quam
de

occiso homine libero; sequitur quod æqualis à parte servi & liberi hominis sit defensio, quia est æque gravis utrinque offendio. l. i. D. Ad leg. Cornel. de Sicar. Idque de jure civili posteriori verissimum est, quo exploso jure antiquo, & mitigato rigore dominice potestatis, non amplius dominis permisum est, impune ultra modum in servile caput sævire. S. ult. Instit. qui sui vel alien. jur. Sunt L. unit. Cod. Emend. Servor. Argum. l. i. Cod. Præc. Imper. offer.

XII.

An & deportati? Multo magis. Et propter verbal. 2. 3. Cod. de Sicar. l. 3. de just. & jur. quæ generaliter in omnes sunt concepta. Et quia deportati non ea amittunt, quæ sunt juris gentium, tantum abest, ut ea omnia amittant, quæ sunt juris naturalis, etiam quoad effectum, immutabilis. l. 17. D. de Pæn. §. 2. Instit. capit. deminut.

XIII.

An idem de Bannitis sit statuendum, an ceeps est questio? Et licet verissimum sit, de moribus nostris bannitos, non per omnia comparari posse deportatis: quia tamen simpliciter banniti ea retinent, quæ sunt juris naturalis; imo de moribus nostris exulum loco habentur, sic ut non magis in illos, quam de jure Romano in deportatos sævire liceat, indubitanter assererem, defensionem illis ademptam non esse. Argum. dd. l. & l. 5. D. Aquil. Ordin. Camer. Iud. Imper. part. 3. n. 43. n. 3. Præterim cum impune offendì nequeant. Bartolini l. 3. D. just. & jur. Clar. 5. sent. 5. Homicidium. n. 5. 2.

XIV.

Neque distinguendum censeo, inter bannitos qui ex causa morte digna, & eos, qui ex causa leví damnavi sunt: quasi illis adempta sit salutis defensio, hisce non item. In nullâ quippe lege hæc fundata est distinctio; etiam predictarum legum obstat universalitas. Præterquam quod offensa talium non sit impunita, nisi statutis expresse ita sit cautum. Menoch. Arbitrar. judic. lib. 1. quæst. 89. fere per totum. Clar. d. 5. Homicidium. n. 5. 2. Besold. loc. antea citat.

XV.

X V.

Verum quid statuendum de talibus Bannitis, qui ob violatam pacem publicam, & ob atrocissima crimina sunt damnati, sic ut in Imperio, eorum bona & corpora publice omnibus libere permissa sint, nec quisquam temere agere & delinquere in eis violandis & prahendendis possit. *Ordin. cam. Imper. part. 2. tit. 9. §. 3. interpret. D. Iust. Goblero.* Quales etiam de jure civili erant, transfugæ quæ ad hostes defecerant. *l. 3. §. ult. D. leg. Corn. de Sicar.* Desertores militiæ, qui ab obviis quibuscumque impune occidi poterant. *l. 2. Cod. quand. lic. unicuique Vind. se vel. publ. devot.?* Respondeo, licet non nullis videatur talibus adempta esse propria salutis defensio, quod aggressori cuicunque eosdem offendendi concessa videatur potestas; & quidem de jure & auctoritate magistratus: religio tamen mihi est hac in parte illorum legere vestigia. Cum enim leges civiles permittant cuique sanguinem suum quoquo modo redimere. *l. 1. D. de bon. eor. qui l. 18. Cod. Transact.* Non videbitur hoc iis esse denegatum ut adversus aggressores se se tueantur. *l. 2. 3. Cod. leg. Corn. Sicar.* Neq; enim poterit jus civile eam defensionem adimere, nisi ratio naturalis fortior id suaderit, quam omnibus jus naturale concessit. *d.l. 3. D. just. & jur.* Quod in tantum procedere tradit Arumæus, ut ne quidem ea defensio (hyperbolica est locutio) diabolo sit deneganda. *Iohanni de Armono in Pract. Crim. citat. ab Arumæo discurs. Acad. de Iur. Publ. 5. Bull. diss. de trib. gen. Iur. Præcept. n. 10.* Immo nec id fecit jus civile; cum non tam iuslerit adhibita sanctione, ut ab omnibus quibuscumque devota capita occidantur, quam quidem disponuerit atque dispensaverit, ut occidantur impune. *Anton. Matth. tract. de Crimin. tit. 5. libr. 48. P. c. 2. 16.*

X VI.

Multo minus occisorem in foro poli, id est conscientiæ secum faciet statutum, quo disponitur, ut bannitus impune offendi atque occidi possit, licet eum à pœnâ legis super homicidio dictâ in foro soli immunem declareret. Neq; enim ex vi statuti in foro conscientiæ quis redditur tranquillus, cum

statutum à Magistratu Politico latum homini externo, non conscientiæ sit latum. Neque enim conscientiis informandis datus est, neque casibus conscientiæ decidendis præpositus. Ubi enim agitur de peccato evitando non ad statuta, aut leges civiles, verum alio recurrendum est. Sic statuente Imperatore Justiniano in *Novell.* 137. *in init.* & *Olordendorpio explicante in Claff.* *in init.* *de jur.* *ordin.* Quid enim si statutum ita disponeret, casu quo bannitus quis est ex causa pecuniariâ? Foret iniquum. *Clar. S. Homicidium.* n. 52. 53. 54. *Cevall. comm. contr. comm. quest.* 554. *Danaus Ethic. Christ. lib. 2. cap. 13.* *Diss. Bartolus in d. l. 3. just. & jur.* *aliisque ibidem citati.* *Besold. ad d. l. 3. D.* ex parte etiam prædicti autores.

Ad Nobilissimum Dominum,
GUILIELMUM SCHUYLL,
de Defensione sui disputantem.

Quale sit auxilium proprium, defensio qualis
Quemque sui deceat, differe Schuiliade;
Hectoreaque obices, quos adversaria turba
Ponit mente fuga, & viribus ingenii.
Contigit excellens tibi, quo d. Matthæus abunde
Atqui? est testatus, nunc quoque Voetiades
Testatur facili quo vix opus esse videtur,
Præsidio. O, quanta est laus tua, Schuiliade?
Fratribus ipse præcis, qui te bene pone sequuntur,
Geryonem tecum constituantque novum.

F. e. t.

A B R A H: B O C S T A D I U S.